



des. Aderunt tibi desideria tua: et de his que amas sine fine poteris. Et qui tibi per elemosinam omnia mundicia sunt: ad ea quoque beatitudinem consequetur est. promissa puenies: dicente domino. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Magna felicitas dilectissimi: cui tamen promissum parat. Quid ergo est habere cor mundum: nisi eis que supra dicte sunt studere virtutibus? Videre autem deum quatenus sit beatitudo: que mens concipere: que lingua valeat explicare? Et tamen hoc consequentem: cui transformabitur humana natura: ut non tam per speculum neque in enigmate sed facie ad faciem: ipsam quam nullus hominum videre potuit sicuti est: videtur deitate: et quod oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in corde hominis ascendit: per ineffabile gaudium eterne contemplationis obrineat. Merito hec beatitudo cordis: promittitur puritati. Splendore eterne luminis veri: sordida acies videre non poterit: quod erit in occultis mentibus nitidus: hoc erit pena maculosis. Declinent ergo terrenarum caliginem vanitatum: ab omni squalore iniquitatis interiores oculi tergant: ut in circuitu tanta visione pascant. Ad hoc enim perendum illud

Text. intelligimus perire quod sequitur. Beati pacifici: quoniam filii dei vocabuntur. Beatitudo ista dilectissimi non cuiuslibet confessionis nec quilibet concordie est: sed illius de qua dicit apostolus. Pax habere ad deum

Roma. 1. de qua dicit propheta dauid. Pax multa diligentibus nomine tuo: non est illis scandalum. Hanc pacem etiam artissima amicitiarum vincula: et indiserete similitudines animorum non veraciter sibi vendicant: si non cum dei voluntate concordant. Extra dignitatem pacis sunt improbarum paritates cupiditatis: federa scelerum et pacta viciorum. Amor mundi cum dei amore non congruit: nec ad societatem filiorum dei puenit: qui se a carnali generatione non diuidit. Qui autem semper mente cum deo sunt solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis: nunquam ab eterna lege dissentiant: si delectatione dicentes: fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Hi sunt pacifici: hi bene unanimes sanctique: concordantes: vocandi eterno nomine filii coheredes christi: quia hoc meritis dilectio dei et patri: ut nullas iam aduersitates sentiat: sed finito omnium temptationum certamine: in tranquillum deum dei pace requiescat: per dominum nostrum Iesum Christum: qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

Mat. 6. **In festo sancti Martini querere de consessoribus. De sancta Katherina querere de virginibus. In die animarum.**

Sequitur sermo beati Augustini epi de verbis apostoli ut de dormientibus non contristemur.

A. Dmonet nos beatus apostolus ut de dormientibus hoc de mortuis charitativissime nostris non contristemur: sicut et ceteri qui spei non habent spem se resurrecturos et in corruptionis eterne. Nam ideo et dormientes eos appellat: veracissima scripture consuetudo: ut cum dormientes audimus: euigilantes minime desperemus. Unde etiam canitur in psalmo. Numquid dormit non adiacet ut resurgat? Est ergo de mortuis

eis qui diligunt: quedam tristitia quodammodo naturalis. Nonne quippe horret non opinio sed naturalis. Nec homo mors accederet: nisi ex pena quam peccasset culpa. Quia propter si aialia que ita creata sunt: ut suo quoque reponere mortem mori fugiant: diligunt vitam: quatenus magis homo quam fuerat creatus: ut si vivere sine peccato voluisset: sine termino viveret. Hinc itaque necesse est ut tristis simus: quoniam nos moriendo deseruit quos amamus: quod si novimus eos non in eternum nos mansuros: sed aliquantulum pcedere secuturos: tamen mors ipsa quam natura refugit: cum occupat dilectum tristat in nobis ipsius dilectionis affectu: ideo admonuit apostolus non ut contristemur: sed non sicut ceteri qui spem non habent. Contristamur ergo nos in nostris mortibus: necesse est amittere: sed cum spe recipiendi. Inde angimur: hinc consolamur. Inde in firmitas afficit: hinc fides reficit. Inde dolet humana conditio: hinc sanatur diuina. promissio. Proinde pompa funeris agmina creantur: sumptuosa diligerentia sepulture: monumentorum opulenta constructio: viuentium sunt qualiacumque solacia: non adiutoria mortuorum. Orationibus vero sancte ecclesie: sacrificio salutariter elemosinis que corporibus spiritibus erogant: non est dubitandum mortuos eorum iuari: ut cum eis misericordius agatur a domino: eorum peccata meruerit. Hoc enim a patribus traditum vniuersa obseruat ecclesia: ut per eis qui in corpore et sanguine christi comunione defuncti sunt: cum ad ipsum sancti loci suo commorantur: oratur ac per illis quoque id offerri commemorat. Eum vero eorum commendandorum causa: opera misericordie celebrant: que eis dubitet suffragari: per quibus orationes deo non inanimiter defunguntur? Non omnino ambigendum est ista pdesse defunctis: sed talibus que ita vixerunt ante mortem: ut possint eis beuictia esse post mortem. Nam qui sine fide per dilectionem operatur: cuiusque sacramentis de corpore exitu gerunt: frustra illis a suis hominibus pietatis officia impendunt: cum dum hic esse pigre caruerunt: vel non suscipientes vel inuicem insipientes dei gratiam: et sibi non misericordiam resecuturantes sed ira. Non ergo mortuis noua merita comparant: cum per eis boni aliqui comparant: sed eorum pcedentibus consequentia ista reddant. Non enim dicitur est nisi cum hic vixerit: ut eos becaliquid adiuarerit: cum hic vixere destitissent: ideo ista finies quisque nisi quod meruit in ipsa non poterit habere post ipsam. Permittant ergo pia corda carorum de suorum mortibus contristari: dolore sanabili: et consolabilem lachrymas fundant conditione mortali: quas cito repmat fidei gaudium qua credunt fideles quoniam mortui paululum a nobis abire et ad meliora transire. Non solent eos etiam fraternalia obsequia: siue que funeribus exhibent: siue que dolentibus addibent ne sit ista greua dicentium. Sustinui qui simul tristat et non fuit: et consolam non inueni. Sit per virtutibus cura sepeliendi et sepulchra construendi: quod et hec in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt. Nec solus in corpore: patriarcharum aliorumque sanctorum: et humanis cadaveribus quoque: facientium: verum etiam in spiritibus domini corpore predicari atque collaudari sunt: que ista fecerunt. Implet hec bonis erga suos officia postremi munieris: et sui humani lenimenta doloris: verum illi vix quod abluit spiritus defunctorum: oblationes orationes seque gregariis: multo per eis obseruatis instantius impendant: quos carne non spiritu mortuos: non solum carnaliter: sed etiam spiritualiter amat.

ps. 68.